

dictum est, et hoc sub pena libr. trecentarum par. et amittendi dictum vinum, pro quolibet contrafatiente et vice qualibet contrafacta. ¶ Insuper volumus et ordinamus quod aliqua persona non sit ausa descarigare seu descarigari facere aliquod vas vel vassa butixellam vel butixellas in civitate Tergesti, que 5
 154 A conducerentur et que venirent aliunde // Tergestum, que non essent vacua, nisi primo denuntiaverit domino potestati vel vicario loco potestatis quod vellet dicta vassa vel butixellas descarigare. ¶ Qui dominus potestas seu vicarius statim facta denuntiatione mittere debeat unum ex iudicibus et procura- 10
 torem comunis, qui ire debeant et videre dictas butixellas vel vassa sic non vacuas, et ipsa desbotonare et singula perforare in presentia dictorum iudicis vel procuratoris, et videre si est vinum vel non; qui iudex et procurator sic missi recusare non possint eundi ad videndum predicta, sub pena vigintiquinque 15
 libr. par. pro quolibet; et si esset vinum in dictis butixellis vel vassis, descarigare non possit dictus talis conducing vel alter pro eo nec conduci facere in civitatem Tergesti, et nichilominus puniatur in supradicta pena libr. decem par. et perdat vinum; et si qua persona contrafecerit descarigando dicta 20
 vassa, antequam denunciare domino potestati vel eius vicario, ut supra dictum est, solvat comuni libr. quinquaginta par. pro quolibet [et] vice qualibet contrafacta.

Cap. LXII. De empcione vini facta extra civitatem Tergesti incanipati vel non. R.ca. 25

Karere nolumus hoc statuto sed eum volumus esse inviolabiliter conservatum et observari mandamus, inhibentes quod nulla persona civis Tergesti emere debeat nec possit aliquod vinum incanipatum extra civitatem Tergesti,¹⁾ nec aliquod vinum facere incanipari nec etiam societatem in hoc 30
 154 R habere aliquo ingenio vel causa, sub // pena quinquaginta libr. par. comuni persolvenda. ¶ Et nulla persona civis vel habitatrix Tergesti sit ausa vel presumat modo aliquo emere extra

¹⁾ emere - Tergesti, aggiunta a piè di pagina.